UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Detractio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

*Vide *Syl.cap.17.nu.*181.

Detractio, vide Contumelia, Diabolus.

1. CVm Diabolo non licet colloqui, aut agere, niſi vt cum hoſte : cum eo tamen colloqui in arreptitijs ſeu dæmoniacis vanè, & curioſè, veniale ſolum peccatum eſt. Nec illicitum eſt ab eo aliquid interrogare, ſolum ad aliorum vtilitatem , modo abſit ſocietatis cum illo, aut familiaritatis animus: nam amicitia cum eo quæuis, mortale eſt peccatum.

**Sot.l.8.q.3.ar.2.* {Cum hoſte.} duobus modis. 1. eijciendo exorciſmis. 2. compellendo ad aliquid faciendum; vt Simon, & Iudas coegerunt dæmones ad ſtatuas confringendas *Sot. l. c.*

Amicitia} *Sot.16.*

Addit.} Dæmonem appellans impetu, vt ei cui maledicetur, aſportet vix à p. m. excuſatur. *Sot.l.5.q.12.art.1.*

Longa inire colloquia cum dæmone periculoſum , vnum , aut alterum verbum dicere non eſt p.m. *Sot.l.8.p.3.art.2.*

A dæmone mendacij patre non eſt petendum ſignum; vt ſcias, vnde veniat, vel quod non ſit amplius vexaturus hominem , à quo fuit eiectus. *Sot.l.c.*

Dæmon à ſanctiſſimis viris ſolum interrogandus. *Sot.l.c.*

Addit. } Diaconus ex officio nullum Sacramentu